MONUMENTA
GERMANIAE

Apia et cum soldatis Salicis fere IIII c[illegible] contra comitem Guidonem Montis feltri, qui terram ecclesie in illis partibus detinebat.

Tunc piscis marinus captus est habens leonis effigiem in parte illa maritima, que sita est versus Montem altum, cucurrit autem ad videndum monstrum multitudo curialium. Erat enim pellis ipsius pilosa, pedes breues, cauda leonina et caput similiter et[I] aures et os et infra dentes linguam habebat instar leonis. Referebatur quoque, quod in capcione ploratus[x] horribiles emiserit.

[I] s^r C; super Mur.

[x] pl'atus C; planctus Mur.

VII. pars. De bellis Tartarorum cum Saracenis et regnum Sicilie et Aragonie

Überschrift glänzend rot; anscheinend etwas dunkler, am Rande rechts nachgetragen; bello – Regum Mur.

[E]odem[T] anno Tartari discurrerunt usque Calamelam et Alapiam cedentes omnes Saracenos obuiam sibi factos. Soldanus autem Babylonie cum C^m equitum[⊥] et totidem peditum[⊥] occurrit ei et conuenerunt in partibus Calamelle et in partem unam irruit rex Armenie et per III leu(as) eum fugauit usque

[T] E fehlt, freier Raum, am Rande links e C.

[⊥] equitibus – peditibus Mur.